

vítas ad Joánnem; ut interrogarent eum: Tu quis es? Et reliqua.

Homilía sancti Gregórii Papæ.

Homil. vij. in Evangelia.



X hujus nobis lectiónis verbis, fratres caríssimi, Joánnis humilitas commendátur: qui cum tantæ virtútis esset, ut Christus credi potuisset, elégit sólido subsistere in se, ne humana opinióne raperetur inániter super se. Nam conféssus est, et non negávit: et conféssus est, Quia non sum ego Christus. Sed qui dixit, Non sum; negávit plane quod non erat, sed non negávit quod erat: ut veritatem loquens, ejus membrum fieret, cujus sibi nomen falláciter non usurpáret. Cum ergo non vult appetere nomen Christi, factus est membrum Christi: quia dum infirmitatem suam stúduit humiliter agnoscere, illius celsitudinem méruit veráciter obtinére.

✠. Veni Dómine, et noli tardáre: reláxa facinora plebi tuæ, * Et révo-ca dispérsos in terram suam. ✠. Excita Dómine potén-

tiam tuam, et veni, ut salvos fácias nos. — Et révo-ca.

LECTIO viij.

SED cum ex lectiÓne nostra senténtia ad mentem redúctur, ex hujus lectiÓnis verbis nobis quæstio valde impléxa generátur. Alio quippe in loco inquisitus a discipulis Dóminus de Elíæ advéntu, respóndit: Elías jam venit, et non cognóverunt eum, sed fecérunt in eum quæcúmque voluérunt: et, si vultis sciré, Joánnes ipse est Elías. Requisitus autem Joánnes dicit: Non sum Elías. Quid est hoc, fratres caríssimi, quia quod Veritas affírmát, hoc Prophéta veritátis negat? Valde namque inter se ditérsa suñt, Ipse est: et, Non sum. Quómodo ergo Prophéta veritátis est, si ejúsdem Veritátis sermónibus concors non est?

✠. Ecce radix Jesse descéndet in salutem populórum, ipsúm Gentes deprecabúntur: * Et erit nomen ejus gloriósum. ✠. Dabit ei Dóminus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in ætérnum. — Et erit.

LECTIO ix.

SED si subtiliter veritas ipsa requirátur, hoc quod inter se contrárium sonat, quómodo contrárium non sit, invenítur. Ad Zachariám namque de Joánné Angelus dicit: Ipse præcédet ante illum in spiritu et virtúte Elíæ. Qui idcirco ventúrus in spiritu et virtúte Elíæ dicitur, quia sicut Elías secúndum Dómini advéntum præveniet, ita Joánnes prævenit primum. Sicut ille præcúrsor ventúrus est Júdicis, ita iste præcúrsor est factus Redemptóris. Joánnes igitur in spiritu Elías erat, in persóna Elías non erat. Quod ergo Dóminus fatétur de spiritu, hoc Joánnes dénegat de persóna.

✠. Docébit nos Dóminus vias suas, et ambulábimus in sémitis ejus: * Quia de Sion exíbit lex, et verbum Dómini de Jerúsalem. ✠. Veníte, ascendámus ad montem Dómini, et ad domum Dei Jacob. — Quia. Glória Patri. Quia.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

I. Veniet Dóminus, * et non tardábit, et illuminá-

bit abscondita tenebrarum, et manifestábit se ad omnes gentes, allelúia.

2. Jerúsalem gaude * gáudio magno, quia véniet tibi Salvátor, allelúia.

3. Dabo in Sion * salutem, et in Jerúsalem glóriam meam, allelúia.

4. Montes et omnes colles * humiliabúntur: et erunt prava in dirécta, et áspera in vias planas: veni Dómine, et noli tardáre, allelúia.

5. Juste et pie * vivámus, exspectántes beatam spem, et advéntum Dómini.

Capítulum. Philipp. iv.

FRatres, Gaudéte in Dómino semper, iterum dico gaudéte: modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim prope est.

Hymnus.

EN clara vox redárguit Obscúra quæque, pèrsonans: Procul fugéntur sómnia: Ab alto Jesus prómicat. Mens jam resúrgat tórpidá, Non ámplius jacens humi: Sidus refúlget jam novum; Ut tollat omne nóxium. En Agnus ad nos míttitur Laxáre gratis débitum:

Omnes simul cum lácry-
mis

Precémur indulgéntiam.

Ut, cum secúndo fúlserit,
Metúque mundum cínxe-
rit,

Non pro reátu púniat,
Sed nospiustuncprótegat.

Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula.

Amen.

℣. Vox clamántis in de-
sérto, Paráte viam Dómi-
ni. ℟. Rectas fácite sémi-
tas ejus.

Ad **Benedictus**, **Aña**.
Super sólium * David, et
super regnumejus sedébit
in ætérnum, allelúia.

Oratio.

Aurem tuam, quæsu-
mus Dómine, préci-
bus nostris accómmoda :
et mentis nostræ ténebras
grátia tuæ visitatiónis il-
lústra. Qui viviset regnas.

AD TERTIAM.

Capit. Fratres, Gaudéte.
ut supra. 219.

℟. br. Veni ad liberán-
dum nos, * Dómine Deus
virtútum. Veni. ℣. Ostén-
de faciém tuam, et salvi
érimus. Dómine. **Glória**
Patri. Veni.

℣. Timébunt Gentes no-
men tuum Dómine. ℟. Et

omnes reges terræ gló-
riam tuam.

AD SEXTAM.

Capitulum. Philipp. iv. d

Nihil solliciti sitis, sed in
omni oratióne, et ob-
secratióne cum gratiárum
actiόne petitiόnes vestræ
innotéscant apud Deum.

℟. br. Osténde nobis Dó-
mine, * Misericórdiam
tuam. Osténde. ℣. Et sa-
lutáre tuum da nobis.
Misericórdiam. **Glória** Pa-
tri. Osténde.

℣. Meménto nostri Dó-
mine in beneplácito pópu-
li tui. ℟. Visita nos in sa-
lutári tuo.

AD NONAM.

Capitulum. Philipp. iv. b

Et súperat omnem sen-
sum, custódiat corda ve-
stra, et intelligéntias ve-
stras in Christo Jesu Dó-
mino nostro.

℟. br. Super te Jerúsalem,
* Oriétur Dóminus. Super.
℣. Et glória ejus in te vi-
débitur. Oriétur. **Glória**
Patri. Super.

℣. Dómine Deus virtú-
tum convérte nos. ℟. Et
osténde faciém tuam, et
salvi érimus.

AD VESPERAS.

Añæ de Laudibus. 218.
Psalmi de Psalterio. 150.

Capitul. Fratres, Gaudé-
te. ut supra. 219.

Hymnus. Creátor. 187.

℣. Roráte cœli désuper,
et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gér-
minet Salvatórem.

Ad **Magnif. Aña**. Beáta
es María, * quæ credidisti
Dómino : perficiéntur in
te, quæ dicta sunt tibi a
Dómino, allelúia.

Post **Vesperas diei dicun-**
tur Vesperæ Defunctor.

Hæc Aña. Beáta es. præ-
termittitur, si hodie ejus
loco ponenda sit una ex
Añis majoribus, ut infra :
quibus semper cedunt Añæ
proprie aliis diebus ad
Magnificat assignatæ.

Sequentes Añæ majores
ad Magnificat inchoantur
die xvij. Decemb. et singu-
læ ante et post Magnif. in-
tegræ sicut in Duplicibus
dicuntur per ordinem
usque ad diem ante Vigi-
lium Nativitatis. Si vero
Festum fuerit, dicuntur
post Orationem Festi, pro
Commem. Adventus.

Die 17. Dec. Aña. O Sa-
piéntia, quæ ex ore Altís-
simi prodiisti, attingens a
fine usque ad finem, fórti-
ter suavitérque dispónens
nos viam prudéntiæ.

18. **Aña. O Adonái, et**
Dux domus Israel, qui
Móysi in igne flammæ ru-
bi apparuisti, et ei in Sina
legem dedisti : veni ad re-
diméndum nos in bráchio
exténto.

19. **Aña. O radix Jesse,**
qui stas in signum populó-
rum, super quem continé-
bunt reges os suum, quem
Gentes deprecabúntur :
veni ad liberándum nos,
jam noli tardáre.

20. **Aña. O clavis David,**
et sceptrum domus Israel :
qui áperis, et nemo clau-
dít ; claudis, et nemo ápe-
rit : veni, et educ vinctum
de domo cárceris, sedén-
tem in ténebris, et umbra
mortis.

21. **Aña. O óriens, splen-**
dor lucis ætérnæ, et sol
justítiæ : veni, et illúmina
sedéntes in ténebris, et
umbra mortis.

22. **Aña. O Rex Géntium,**
et desiderátus eárum, la-
písque angularis, qui facis
útraque unum : veni, et
salvá hóminem, quem de
limo formásti.

23. **Aña. O Emmánuel,**
Rex et légifer noster, ex-
spectátió Géntium, et Sal-
vátor eárum : veni ad sal-
vándum nos, Dómine Deus
noster.

Sequent. Añæ ad Laudes et per Horas dic. in sex Feriis ante Vigil. Nativit. incipiendo die xvij. Decembris ab Añis quæ Feriæ illius diei assignantur. Similiter et aliæ dicuntur in propriis Feriis.

Quod si dies xvij. fuerit Dominica, Añæ inchoantur sequenti Feria ij. quæ erit dies xvij. Quæ autem dicendæ essent die, in quo occurrit Festum S. Thomæ, dicuntur in Sabbato cum Psalmis Sabbati, quarta Añæ prætermissa, cujus loco dic. Añæ. Exspectetur sicut pluvia elóquium meum : et descendet super nos sicut ros Deus noster. nisi Vigilia Nativit. venerit in Dominica : tunc enim in Sabb. dic. Añæ de Laud. Dominicæ, quarta prætermissa, cujus loco dic. Añæ. Exspectetur. supra. Añæ ad Bened. et Oratio dicitur, ut in Sabbato Quatuor Temporum ponitur. 233.

Añæ vero de Laud. quæ occurrunt in die S. Thomæ, eo anno prætermittuntur, et in Dominica tunc dicuntur Añæ de Vigilia. Similiter omittitur Añæ. Exspectetur. quando illud Festum in Sabbato venerit.

FERIA SECUNDA.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Ecce veniet * Dominus, princeps regum terræ : beati, qui parati sunt occurrere illi.

Psalmi ejusdem Feriæ. 66.

2. Cum venerit * Filius hominis, putas inveniet fidem super terram?

3. Ecce jam venit * plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum in terras.

4. Haurietis aquas * in gaudio de fontibus Salvatoris.

5. Egrediatur * Dominus de loco sancto suo : veniet ut salvet populum suum.

FERIA TERTIA.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Rorate cæli desuper, * et nubes pluant justum : aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Psalmi ejusdem Feriæ. 84.

2. Emitte Agnum Domine * Dominatorem terræ, de Petra deserti, ad montem filiae Sion.

3. Ut cognoscamus Domine * in terra viam tuam, in omnibus Gæntibus salutare tuum.

4. Da mercèdem Domine * sustinentibus te, ut Prophætæ tui fideles inveniantur.

5. Lex per Mòysen data est, * gràtia et veritas per Jesum Christum facta est.

FERIA QUARTA.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Prophætæ prædicaverunt * nasci Salvatorem de Virgine Mariæ.

Psalmi ejusdem Feriæ. 96.

2. Spíritus * Domini super me, evangelizare pauperibus misit me.

3. Propter Sion * non tacebo, donec egrediatur ut splendor justus ejus.

4. Ecce veniet Dominus, * ut sedeat cum principibus, et solum gloriæ teneat.

5. Annuntiáte * populis, et dícite : Ecce Deus Salvator noster veniet.

FERIA QUINTA.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. De Sion * veniet Dominus omnipotens, ut salvum faciat populum suum.

Psalmi ejusdem Feriæ. 114.

2. Convertere Domine * aliquantulum, et ne tardes venire ad servos tuos.

3. De Sion * veniet, qui regnaturus est Dominus,

Emmanuel magnum nomen ejus.

4. Ecce Deus meus, * et honorabo eum : Deus patris mei, et exaltabo eum.

5. Dominus * legifer noster, Dominus Rex noster, ipse veniet, et salvabit nos.

FERIA SEXTA.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Constantes estote, * vidébitis auxilium Domini super vos.

Psalmi ejusdem Feriæ. 127.

2. Ad te Domine * levavi animam meam : veni, et eripe me, Domine ad te confúgi.

3. Veni Domine, * et noli tardare : reláxa facinora plebi tuæ Israel.

4. Deus a Líbano veniet, * et splendor ejus sicut lumen erit.

5. Ego autem * ad Dominum aspiciam, et exspectabo Deum Salvatorem meum.

SABBATO.

Antiphonæ secundum superiorem Rubricam.

Ad Canticum vero Añæ.

Exspectetur * sicut pluvia elóquium meum : et descendet super nos sicut ros Deus noster. Psalmi ut in Laudibus Sabbati. 146.

In Festo S. Thomæ pro Commemor. Adventus ad Bened. Añæ. Nolite timere, * quinta enim die veniet ad vos Dóminus noster.

Si vero contingat Festum S. Thomæ transferri in secundam Feriam, Añæ prædicta dicitur ad Bened. in Dñica, loco Añæ. Ave María. Ultimo die ante Vigil. Nativit. ad Bened. Añæ. Ecce compléta sunt * ómnia, quæ dicta sunt per Angelum de Virgine María. Quibus Añis cedunt aliæ Añæ in propriis locis ad Benedictus assignatae.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitat. Prope est. Psalm. Venite et Hymnus. Verbum supernum. ut in Psalterio. 2.

De Isaia Prophéta.

Lectio j. Cap. xxvii.



Æ coronæ superbæ, ebriis Ephraim, et flori decidenti, glóriæ exsultationis ejus, qui erant in vértice vallis pinguiissimæ, errantes a vino. Ecce válidus et fortis Dóminus sicut ímpetus grándinis : turbo confringens, sicut ímpetus aquarum multarum inundantium, et emissarum super

terram spatiósam. Pédibus conculcábitur coróna superbæ ebriórum Ephraim.

℟. Ecce apparébit. 215.

Lectio ij.

ET erit flos decedens ejus, qui est super vérticem vallis pinguium, quasi temporáneum ante maturitatem autúmni : quod cum aspéxerit videns, statim ut manu tenuerit, devorábit illud. In die illa erit Dóminus exercituum coróna glóriæ, et sertum exsultationis residuo pópuli sui : et spíritus iudicii sedenti super iudicium, et fortitúdo reverténtibus de bello ad portam. Verum hi quoque præ vino nesciérunt, et præ ebrietate erravérunt : sacerdos et Prophéta nesciérunt præ ebrietate, absórpti sunt a vino. ℟. Béthlehem. 216.

Lectio iij.

Idcirco hæc dicit Dóminus Deus : Ecce ego mittam in fundamentis Sion lápidem, lápidem probátum, angulárem, pretiósus, in fundaménto fundátum. Qui crediderit, non festínet. Et ponam in póndere iudicium, et justitiam in mensúra : et subvértet grando spem men-

FERIA TERTIA.

De Isaia Prophéta.

Lectio j. Cap. xxx. d



Xspéctat Dóminus ut misereátur vestri : et ideo exaltábitur parcens vobis : quia Deus iudicii Dóminus : beáti omnes qui exspéctant eum. Pópulus enim Sion habitábit in Jerúsalem : plorans nequáquam plorábis, miserans miserábitur tui : ad vocem clamóris tui statim ut audierit, respondébit tibi. Et dabit vobis Dóminus panem arctum, et aquam brevem : et non fáciat avolare a te ultra doctórem tuum : et erunt óculi tui vidéntes præceptórem tuum.

℟. Ægypte. 216.

Lectio ij.

Grédere, dices ei : Et dábitur plúvia semini tuo, ubicúmque semináveris in terra : et panis frugum terræ erit ubérrimus et pinguis. Pascétur in possessióne tua in die illo agnus spatióse : et tauri tui, et pulli asinórum, qui operántur terram, commistum migma cómedent sicut in área ventilátum est. Et erunt

dácii : et protectiónem aquæ inundábunt. Et délébitur foedus vestrum cum morte, et pactum vestrum cum inférno non stabit.

℟. Qui ventúrus. 216.

Ad Laudes, Añæ et Psalmi de Psalt. 66. nisi dicendæ sint Añæ secundum superiorem Rubricam. 222.

℟. Vox clamántis in deserto, Paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Bened. Añæ. Egredietur * virga de radice Jesse, et replébitur omnis terra glória Dómini : et vidébit omnis caro salutáre Dei.

Oratio.

Aurem tuam, quæsumus Dómine, precibus nostris accómmoda : et mentis nostræ ténébras grátia tuæ visitationis illústra. Qui vivis et regnas.

Hodie dicitur Officium Defunctorum.

℟. Roráte cœli désuper, et nubes pluant justum. ℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Ad Magnif. Añæ. Beátam me dicent * omnes generatiónes, quia ancillam húmílem respéxit Deus.

Nisi dicenda sit Añæ. O.

super omnem montem excelsum, et super omnem collem elevatum rivi currentium aquarum, in die interfectionis multorum cum ceciderint turres.

R. Prope est. 217.

Lectio iij.

ET erit lux lunæ sicut lux solis, et lux solis erit septempleriter sicut lux septem dierum in die, qua alligaverit Dominus vulnus populi sui, et percussuram plagæ ejus sanaverit. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor ejus, et gravis ad portandum : labia ejus replata sunt indignatione, et lingua ejus quasi ignis devorans. Spiritus ejus velut torrens inundans usque ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum, et frenum erroris, quod erat in maxillis populorum.

R. Descendet. 217.

V. Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini. **R.** Rectas facite semitas ejus.

Ad Bened. Aña. Tu Bethlehem * terra Juda, non eris minima : ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel.

V. Rorate cæli desuper,

et nubes pluant justum. **R.** Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Ad Magnif. Aña. Elevare, elevare, * consurge Jerusalem : solve vincula colli tui, captiva filia Sion.

Nisi dicenda sit Aña. O.

FERIA QUARTA
QUATUOR TEMPORUM.
Lectio sancti Evangelii
secundum Lucam.

Lectio j. Cap. j. c

In illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii
Episcopi.

Lib. 2. in Lucam.

Atent quidem divina mysteria, nec facile, juxta propheticum dictum, quisquam hominum potest scire consilium Dei. Sed tamen ex ceteris factis, atque præceptis Domini Salvatoris possumus intelligere et hoc propensioris fuisse consilii, quod ea potissimum electa est, ut Domi-

num pareret, quæ erat desponsata viro. Cur autem non antequam desponsaretur, impleta est? Fortasse ne diceretur, quod conceperat ex adulterio.

R. Clama in fortitudine, qui annuntias pacem in Jerusalem : * Dic civitatibus Judæ, et habitatoribus Sion : Ecce Deus noster, quem exspectabamus, adveniet. **V.** Supra montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam. — Dic.

Lectio ij.

ET ingressus ad eam Angelus. Disce virginem moribus, disce virginem verecundia, disce oraculo, disce mysterio. Trepidare virginum est, et ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in penetrabilibus, quam nemo virorum viderit, solus Angelus reperit : sola sine comite, sola sine teste, ne quo degenerare depravaretur affatu, ab Angelo salutatur.

R. Orietur stella ex Jacob, et exsurget homo de Israel, et confringet om-

nes duces alienigenarum : * Et erit omnis terra possessio ejus. **V.** Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes Gentes servient ei. — Et erit.

Lectio iij.

Anti namque mandati mysterium non hominis fuit, sed Angeli ore promendum. Hodie primum auditur : Spiritus sanctus superveniet in te. Et auditur, et creditur. Denique, Ecce, inquit, ancilla Domini : contingat mihi secundum verbum tuum. Vide humilitatem, vide devotionem. Ancillam se dicit Domini, quæ mater eligitur : nec repentino exaltata promisso est.

R. Modo veniet Dominator Dominus : * Et nomen ejus Emmanuel vocabitur. **V.** Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis. — Et. Gloria Patri. Et. **V.** Vox clamantis.

Ad Bened. Aña. Missus est Gabriel * Angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph.

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus : ut redemptionis nostræ ventura sollemnitas, et præ-

séntis nobis vitæ subsidia
cónferat, et æternæ bea-
titudinis præmia largiá-
tur. Per Dóminum.

*Et dicitur ad omnes Ho-
ras, præterquam in Vesp.*

*℞. Rorate cœli désuper,
et nubes pluant justum.*

*℞. Aperiátur terra, et gér-
minet Salvatórem.*

*Ad Magnif. Aña. Ecce
ancílla Dómini: * fiat mihi
secúndum verbum tuum.*

Nisi dicenda sit Aña. O.

*Post Preces dicitur Ora-
tio Dominicæ præceden-
tis. Aures tuam. 225.*

FERIA QUINTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio j. Cap. xxxiiij.



Æ qui prædâris,
nonne et ipse præ-
dâberis? et qui
spernis, nonne et ipse
sperneris? cum consum-
mâveris deprædatiónem,
deprædâberis: cum fati-
gátus desieris contémne-
re, contemnêris. Dómine
miserére nostri: te enim
exspectâvimus: esto brá-
chium nostrum in mane,
et salus nostra in tẽpore
tribulatiónis.

*℞. Egrediétur Dóminus,
et proliábitur contra
Gentes: * Et stabunt pe-
des ejus supra montes oli-*

várum ad Oriéntem. *℞. Et
elevábitur supra omnes
colles, et fluent ad eum
omnes Gentes. — Et sta-
bunt.*

Lectio ij.

A Voce Angeli fugé-
runt pópuli, et ab
exaltatióne tua dispérsæ
sunt Gentes. Et congrega-
búntur spólia vestra sicut
colligitur bruchus, velut
cum fossæ plenæ fúerint
de eo. Magnificátus est
Dóminus, quóniam habi-
távit in excélsis: implévit
Sion iudicio et justítia. Et
erit fides in tempóribus
tuis: divítia salutis sap-
iéntia et sciéntia: timor
Dómini ipse est thesáurus
ejus.

*℞. Præcúrsor pro nobis
ingréditur Agnus sine má-
cula, * Secúndum órđinem
Melchisedech Póntifex fac-
tus in ætérnum, et in sæ-
culum sæculi. ℞. Ipse est
Rex justítia, cujus gene-
rátio non habet finem. —
Secúndum.*

Lectio iij.

*C*ontérriti sunt in Sion
peccatóres, possédit
tremor hypócritas. Quis
póterit habitáre de vobis
cum igne devoránte? quis
habitábit ex vobis cum
ardóribus sempitérnis?

Qui ámbulat in justítiis,
et lóquitur veritátem, qui
próicit avarítiam ex ca-
lúmnia, et éxcutit manus
suas ab omni múnere, qui
obtúrat aures suas ne áu-
diat sánguinem, et claudit
óculos suos ne vídeat mal-
lum. Iste in excélsis habi-
tábit, muniménta saxórum
sublímitas ejus: panis ei
datus est, aquæ ejus fidé-
les sunt. Regem in decóre
suo vidébunt óculi ejus,
cernent terram de longe.

*℞. Vidébunt gentes ju-
stum tuum, et cuncti reges
ínclytum tuum: * Et vo-
cábitur tibi nomen novum,
quod os Dómini nominá-
vit. ℞. Et eris coróna gló-
riæ in manu Dómini, et
diadéma regni in manu
Dei tui. — Et vocábi-
tur. Glória Patri. Et vo-
cábitur.*

*℞. Vox clamántis in de-
sérto, Paráte viam Dómi-
ni. ℞. Rectas fácite sémi-
tas ejus.*

*Ad Bened. Aña. Vigilá-
te * animo, in próximo
est Dóminus Deus noster.*

*Nisi occurrat Festum
sancti Thomæ: quia tunc
ea prætermissa, dicitur
Aña. Nolite timére, *
quinta enim die véniet ad
vos Dóminus noster.*

*Quod etiam servatur in
sequentibus diebus, quan-
do illud Festum occurrit.*

℞. Rorate cœli.

*Ad Magnif. Aña. Lætá-
mini * cum Jerúsalem,
et exsultáte in ea omnes
qui dilígitis eam, in ætér-
num.*

Nisi dicenda sit Aña. O.

FERIA SEXTA.

QUATUOR TEMPORUM.

Lectio sancti Evangélii
secúndum Lucam.

Lectio j. Cap. j. d

*I*N illo tẽpore: Ex-
súrgens María ábiit
in montána cum festina-
tióne in civitátem Juda:
Et intrávit in domum Za-
chariæ, et salutávit Elisa-
beth. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii
Epísopi.

*Lib. 2. in Lucæ cap. j.
post initium.*



*M*orále est ómni-
bus, ut qui fidem
ástruant. Et ideo Angelus,
cum abscondita nuntiáret,
ut fidem astrúeret exem-
plo, seniórís féminæ steri-
lísque concéptum Virgini
Mariæ nuntiávit: ut pos-
sibile Deo omne quod ei
placúerit, asséret. Ubi

audívit hoc María, non quasi incrédula de oráculo, nec quasi incérta de nuntio, nec quasi dúbitans de exémplo, sed quasi læta pro voto, religiósá pro officio, festína pro gáudio, in montána perréxit. Quo enim jam Deo plena, nisi ad superióra cum festinatioe conténderet? Nescit tarda molimina sancti Spíritus grátia.

R. Emitte Agnum Dómine Dominatórem terræ, * De Petra desérta ad montem filíæ Sion. **V.** Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis. — De Petra.

Lectio ij.

Discite et vos sanctæ mulieres sedulítatem, quam prægnántibus debeátis exhibére cognátis. Mariám, quæ ante sola in íntimis penetrálibus versabátur, non a público virginitátis pudor, non ab stúdio aspéritas móntium, non ab officio prolíxitas itíneris retardávit. In montána Virgo cum festinatioe, Virgo officii memor, injúriæ ímmemor, afféctu urgénte, non sexu, relicta perréxit domo. Discite vírgines non

circumcursáre per aliénas ædes, non demorári in plateís, non áliquos in público miscére sermónes. María in domo sera, festína in público, mansit apud cognátam suam tribus ménsibus.

R. Roráte cœli désuper, et nubes pluant justum : * Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem. **V.** Emitte Agnum Dómine Dominatórem terræ, de Petra desérta ad montem filíæ Sion. — Aperiátur.

Lectio iij.

Didicistis vírgines pudórem Mariæ, discite humilitátem. Venit propínqua ad próximam, júnior ad seniórem : nec solum venit, sed étiam prior salutávit. Decet enim, ut quanto cástior virgo, tanto humílior sit. Nóverit deférre seniórius. Sit magístra humilitátis, in qua est professio castitátis. Est et causa pietátis, est étiam norma doctrínæ. Contuéndum est enim quia superíor venit ad inferiórem, ut inferior adjuvétur : María ad Elísabeth, Christus ad Joánnem.

R. Germinavérunt campi erémi germen odóris

SABBATO

QUATUOR TEMPORUM.
Léctio sancti Evangélii
secúndum Lucam.

Lectio j. Cap. iij.

Anno quintodécimo impérii Tibérii cæsaris, procuránte Póntio Piláto Judæam. Et reliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Homilia xx. in Evang.

Edemptóris nostri Præcúrsor quo tēpore prædicationis officium accéperit, memoráto Románæ reipúblicæ príncipe, et Judææ régibus, designátur. Quia enim illum prædicáre veniébat, qui et ex Judæa quosdam, et multos ex Géntibus redemptúrus erat : per regem Géntium et príncipes Judæórum prædicationis ejus tēpóra designántur. Quia autem Gentílitas colligénda erat, et Judæa pro culpa perfidiæ dispergénda, ipsa quoque descriptio terréni principátus osténdit : quóniam et in Romána república unus præfuisse describitur, et in Judææ regno per quartam partem plúrimi principábantur.

Israel : quia ecce Deus noster cum virtúte véniet, * Et splendor ejus cum eo. **V.** Ex Sion spécies decóris ejus : Deus noster manifeste véniet. — Et splendor. Glória Patri. Et splendor.

V. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini. **R.** Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Bened. Añá. Ex quo facta est * vox salutatiois tuæ in áuribus meis, exsultávit in gáudio infans in útero meo, allelúia.

Oratio.

Excita, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni : ut hi, qui in tua pietáte confidunt, ab omni cítius adversitáte liberéntur. Qui vivis et regnas.

Et dicitur ad omnes Heras, præterquam in Vesperis.

V. Roráte cœli désuper, et nubes pluant justum.

R. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Ad Magnif. Añá. Hoc est testimónium, * quod perhibuit Joánnes : Qui post me venit, ante me factus est.

Nisi dicenda sit Añá. O. Oratio. Aurem tuam. 225.

℞. Egrediétur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascéndet : * Et erit justitia cingulum lumbórum ejus, et fides cinctórium renum ejus. ℞. Et requiescet super eum spíritus Dómini : spíritus sapientíæ, et intelléctus : spíritus consílii, et fortitudínis. — Et erit.

Lectio ij.

VOce étenim nostri Redemptóris dicitur : Omne regnum in seípsum divisum desolábitur. Liqueet ergo, quod ad finem regni Judæa pervénerat, quæ tot régibus divisa subjacébat. Apte quoque non solum quibus régibus, sed étiam quibus sacerdotibus actum sit, demonstráturet : et quia illum Joánnes Baptista prædicáret, qui simul Rex et Sacerdos exsisteret, Lucas Evangelísta prædicatiónis ejus témpora per regnum et sacerdotium designávit.

℞. Radix Jesse, qui exsúrget judicáre Gentes, in eum Gentes sperábunt : * Et erit nomen ejus benedíctum in sæcula. ℞. Super ipsum continébunt reges os suum, ipsum Gentes deprecabúntur. — Et.

Lectio iij.

ET venit in omnem regiónem Jordánis, prædicans baptismum pœniténtiæ in remissiónem peccatórum. Cunctis légentibus liquet, quia Joánnes non solum baptismum pœniténtiæ prædicávit, verum étiam quibusdam dedit : sed tamen baptismum suum in remissiónem peccatórum dare non pótuit. Remissio étenim peccatórum in solo nobis baptismo Christi tribúitur. Notándum itaque, quod dicitur, Prædicans baptismum pœniténtiæ in remissiónem peccatórum : quóniam baptismum, quod peccáta sólveret, quia dare non póterat, prædicábat : ut sicut incarnátum Verbum Patris præcurrébat verbo prædicatiónis, ita baptismum pœniténtiæ, quo peccáta solvúntur, præcurreret suo baptísmate, quo peccáta solvi non possunt.

℞. Veni Dómine, et noli tardáre : reláxa facinora plebi tuæ, * Et révo-ca dispérsos in terram suam. ℞. Excita Dómine poténtiam tuam, et veni, ut salvos fácias nos. — Et. Glória Patri. Et.

℞. Vox clamántis in deserto, Paráte viam Dómini. ℞. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Bened. Aña. Quómodo fiet istud, * Angele Dei, quóniam virum non cognosco? Audi María Virgo : Spíritus sanctus superveniét in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

Nisi dicenda sit Aña. Nolíte timére, et nisi hæc fuerit dies ante Vigiliam Nativit. quia tunc ea prætermisssa, dicitur Aña. Ecce compléta sunt * ómnia, quæ dicta sunt per Ange-lum de Vírgine María.

Quod etiam servatur (si idem contingat) insequentibus diebus.

Oratio.

DEus, qui conspicis, quia ex nostra pravitate affligimur : concéde propítius, ut ex tua visitatióné consolémur. Qui vivis et regnas.

Et dic. per omnes Horas.

AD VESPERAS.

Capitulum. I. Cor. iv.

Ratres, Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, et dispensatóres mysteriórum Dei : hic jam quæritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur.

Hymnus. Créator alme. ut supra. 187.

℞. Rorate cœli désuper, et nubes pluant justum. ℞. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

Aña ad Magnificat una ex majoribus. O.

Oratio.

EXcita, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni, et magna nobis virtúte succúrre : ut per auxiliúm grátiae tuæ, quod nostra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret. Qui vivis et regnas.

DOM. IV. ADVENTUS.

AD MATUTINUM.

Invitat. Prope est. Ps. Venite. et Hymnus. Verbum supérnum. ut in Psalt. 2.

In I. Nocturno.

De Isaía Prophéta.

Lectio j. Cap. xxxv.

Etábitur desérta et ínvia, et exsultábit solitúdo, et florébit quasi lílium. Gérmínans germinábit, et exsultábit lætabúnda et laudans : glória Líbani data est ei : decor Carméli et Saron, ipsi vidébunt glóriam Dómini, et decórem Dei nostri. Confortáte